



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CXXXIX. Papst Alexander VI. beauftragt einen Abt zu Luxemburg, den vom Papste zum Abt des Klosters Chorin berufenen Johann Wedemer in diese Abtei einzusetzen, am 7. Dezember 1500.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

geschehen vnd zukomen wurde, Solchen beweyflichenn schaden sollenn der obgedacht Er peter, abt, prior vnd gantze versamlung des Closters Chorin oder Ire nachkommen nach erkantnus vnser oder vnser Rete den Jhenen, die den schaden gelitten vnd dulden müßzen, vfrichten vnd bezalen, vnd Sollen damit aller irer Irrung obgedachter mollen halben gantz entricht vnd entscheiden sein, als sie dann solchs stet, vest vnd vnuerbrochentlich zu haltenn den gnanten vnsern Reten zugesagt. Des zu merer sicherheit vnd kuntschafft haben wir den gnanten parteien ir itzlicher gleichlauts einen entscheidsbriue vnter vnsern Infigell versigeln lassenn vnd Geben zu Coln an der Sprew, am tag vincula petry, nach Cristi vnsern lieben hern gepurt virzehnhundert vnd Im newn vnd achtzigstenn Jaren.

Nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives.

CXXXIX. Pappst Alexander VI. beauftragt einen Abt zu Luxemburg, den vom Pappste zum Abt des Klosters Chorin berufenen Johann Wedemer in diese Abtei einzusetzen, am 7. Januar 1500.

Alexander, episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio Abbati Monasterii beate marie lucenburgenfi, Treuerensis diocesis etc. Cum itaque sicut accepimus Monasterium stagnum beate marie in Chorin nuncupatum, — vacet ad presens et tanto tempore vacauerit, quod eius prouisio iuxta Lateranensis statuta concilii est ad Sedem apostolicam legitime deuoluta, licet dilectus filius Johannes moden, qui se gerit pro monacho dicti ordinis, Monasterium predictum nullo saltem canonico sibi super hoc suffragante titulo per sex menses et ultra — detinuerit ac illius regimini et administrationi in spiritualibus et temporalibus se immiscuerit, prout detinet — de presenti; Nos cupientes eidem Monasterio, ne longe vacationis exponatur incommodis, de persona — ydonea — prouiderē ac de meritis et idoneitate dilecti filii Johannis Wedemer, Monachi monasterii sancti vincentii in Brumwiler, ordinis sancti Benedicti Basiliensis diocesis, qui vt asserit dilecti filii nostri Raymundi, tituli sancti Vitalis presbyteri Cardinalis, Capellanus et familiaris continuus commensalis et ordinem sancti benedicti expresse professus existit, apud nos de religionis zelo, vite munditia et honestate morum, spiritualium prouidentia et temporalium circumspectione aliisque virtutum meritis multipliciter commendati, certam notitiam non habentes Ipsumque Johannem Wedemer — secundum vltime vacationis modum dicti monasterii in Choryn — discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus de huiusmodi meritis et ydoneitate auctoritate nostra te diligenter informes et si per informationem huiusmodi eundem Johannem Wedemer ad regimen et administrationem dicti Monasterii beate marie vtilem et ydoneum esse, super quo tuam conscientiam oneramus, Ac vocatis dicto Johanne Moden et aliis, qui fuerint euocandi, Monasterium ipsum beate marie, cuius fructus, redditus et prouentus Triginta marcharum argenti secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, ut dictus Johannes Wedemer etiam asserit, quouis modo — vacare repereris, de persona ipsius Johannis Wedemer eidem Monasterio — prouideas ipsamque illi preficias in Abbatem — Contradictores per censuram ecclesiasticam — compescendo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, Anno incarnationis do-

minice millesimo quadringentesimo (nonagesimo) nono, septimo ydus Januarii, pontificatus nostri anno octavo.

Nach einer alten Copie des K. Geh. Staatsarchives, mit der Jahreszahl 1497 in der Aufschrift und 1409 im Texte. Aus dem Pontificatsjahre erhellt jedoch, daß es das Jahr 1499 war, welches die päpstliche Curie damals mit dem 25. März begann, nach unserer Zeitrechnung also das Jahr 1500.

CXL. Bitte an den Papst, den zum Nachfolger in der Abtei Chorin gewählten Johann Modde nach dem Tode seines von dem apostolischen Stuhle providirten Gegners Johann Wedemer zum Abte zu bestätigen, vom 25. Mai 1501.

Beatissime pater. Vacante alias de anno 1499 Monasterio chorinensi ordinis Cisterciensis, Brandenburgensis diocesis, in dominio seu fundo Illustrissimi principis domini Joachimi, Marchionis Brandenburgensis, Electoris Imperii etc. situato, per obitum quondam Petri Munsterberch, illius dum uiuere abbas, — — — deuotus orator vester Johannes Modde illius modernus abbas fuit ad illud electus et confirmatus, possessione secuta. Quidam vero Johannes wedemer, assertus monachus ordinis s. Benedicti, — illud deuolutum a Sede apostolica impetrauit Ortaque de anno 1500 coram certo prelati, apostolico causarum auditore, inter prefatum quondam Johannem Wedemer actorem ex vna et prefatum oratorem super dicto monasterio et huiusmodi occasione secum ex altera partibus — lite et causa Et in eis ad terminorum — — — obseruationem, iurium et testium productionem processo, dictus Johannes actor nuper apud Sedem apostolicam diem suum clausit extremum. Ne autem dicto oratori nouus detur aduersarius etc. Supplicat sanctitati vestre dictus orator, Quatinus litis et cause huiusmodi statum pro expresse habentes Sibi que specialem gratiam facientes, dicto auditori seu in eius locum successo committere dignemini et mandare, Vt dictum oratorem in omni iure et ad omne jus, si quod dicto quondam Johanni in dicto Monasterio uel ad illud quomodolibet competeat aut competere poterat, auctoritate apostolica surroget dictumque jus sibi conferat et prouideat de eodem ipsamque ad jus huiusmodi eiusque ac litis et cause predictarum persecutionem et defensionem in eo statu, in quo ipse Johannes wedemer tempore obitus huiusmodi existeret et si uiuere posset et deberet admitti, admitat et admitti faciat, vt est moris, Et nichilominus de monasterio prefato, Cuius fructus etc. XX arg. secundum communem existimationem valorem annum non excedunt, Quouis modo siue adhuc per dicti quondam Petri, aut ipsius Johannis wedemer obitus uel ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam cuiusuis resignacionem — vacet, etiamsi deuolutum effectum specialiter uel ex obitu dicti quondam Johannis wedemer generaliter reseruatum — existat, eidem oratori auctoritate apostolica prouideat eumque illi preficiat in abbatem etc. Datum Rome apud sanctum Petrum Nono kal. Junii Anno primo.

Nach einer vidimirten Copie im K. Geh. Staatsarchive.